

B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ

SIVE
DORPATO - PERNAVIENSIS
HISTORIÆ

PARTICULAM DECIMAM QUINTAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

DEFERT

JOHANNES ALSTERLUND,

WERMELANDUS.

D. II. DECEMBR. A. MDCCXCV.

LUNDÆ,

Typis BERLINGIANIS.

à

Madame

la Patrone de mines de fer

ANNE ELISE DE HOFSTEN,
NÉE ULLEMAR.

Si je suis sensible à l'honneur de la confiance que Vous daignéz, Madame, avoir en moi en me chargeant de la conduite de ceux qui Vous sont les plus chers; je ne le suis pas moins au traitement généreux & liberal, par le quel il Vous plait de m'encourager dans l'observation des devoirs sacrés, qui m'attachent à Votre respectable famille. Voilà, Madame, le titre, au quel j'ose Vous presenter cet Essay Academique, Si Vous l'agréez, j'aurai la satisfaction de Vous donner une marque publique du profond respect, avec le quel je suis

Madame

VOTRE

très humble & très obeissant

serviteur

JEAN ALSTERLUND.

Theses Respondentis.

I.

Vocem *וּפְּנֵי* Matth. XIV. 15. cum BUXTORFIO Lex. in *v. עַרְב* atque GROTIUS ad h. l. de toto tempore pomeridiano, vel cum SVICERO T. II. p. 1598. de tempore opportuno interpretari, opus non erit, nec sinunt dicta Marc. VI. 35 & Luc. IX. 12. occurrentia.

II. In varias reprehensiones incurrunt, qui cum GROTIUS, VOSSIO, HAMMONDO atque CLERICUS versum 24. capitis Evang. Johannis XXI. ab ipso Johanne consignatum esse negant, eumque Ecclesie Ephesine tribuendum censent.

III. Cogitata sua Cælites lingua, quam alia ratione, expressuros probabilius est. Sua vero quemque lingua vernacula locuturum, probabile non puto, singulosque eadem lingua usuros esse, convenientius est credere.

IV. Tantum abest, ut SENECAE illud: *Facere docet Philosophia, non dicere* erroneum sit, ut laudari jure meritoque debeat.

V. Facta, quia legibus conveniunt, non ideo semper formaliter sunt bona.

VI. Qui sine Lege, is etiam sine DEO vivit.

201

Margaretam, Domini *Henrici Matthiae* Pastoris & Præpositi in Alzike filiam, cum qua pater extitit quatuor liberorum, quorum unus filius *Petrus Schomerus* Magister rei metallicæ, & una filia nupta Magistro *Danieli Wallerman*, tunc temporis S. Theol. Lectori atque Pœnitentiario Calmariensium, postea Episcopo Gothoburgensium, ei superstites fuere *). Interea a. 1636. Pastor ecclesie Svecanæ ad D. Mariam apud Dorpatenses, atque a. 1638. Professor Græcarum literarum factus, quod officium cum duobus supra nominatis conjunctim gessit annum integrum; a. 1639. d. 14 Maji secundus Theol. Professor. **) A. 1640. Holmiam trajecit, a Senatu Academico ad Reginam Regnique Proceres ablegatus, curandorum negotiorum causa, Academiae salutem concernentium, ibique interea detentus, a. 1641. sacro admovebatur muneri, atque a. 1643. d. 19 Aprilis, dum Gymnasii Stockholmiensis inauguratio celebraretur, præficitur primariæ Theologiæ Professioni in eadem Camœnarum palæstra. A:o 1645. d. 20 Octobr. Pastor in insula equestri, vulgo Riddarholmensi, factus est. A. 1648. d. 26 Jan. ***)

Bb 3

præ-

*) Hæc liberorum facta, a Stjernmanno addita, vitæ curriculo posteriora, in eodem commemorari non potuisse, per se liquet.

**) Pro a. 1638, quo Gr. L. & a. 1639, quo Theol. Professor designatus est, PLANTINUM in *Hell. sub archlo p. 32.* annos 1635 & 1637. perperam substituisse, FANT I. c. observavit.

***) Dorpati eum Theologiæ Doctorem renunciatum esse, BACKMEISTER I. c. tradit, factumque a. 1639. GA-

præsentibus Regina CHRISTINA, CAROLO GU-
STAVO postea Svecorum Rege, Proceribusque,
summis in Theologia honoribus auctus ornatusque
ab Archiepiscopo Doct. Johanne Canuti Lenæo
una cum Mag. *Johanne Laurentii Staleno*, Mag.
Erico Gabrielis Emporagrio, Mag. *Erico Brunnio*
& Mag. *Carolo Lithman* *), eodemque anno d. 10
Febr. Tertius Theologiæ Professor in Academia
Upsaliensi proclamatus. Tandem a. 1655 d. 23
Junii Superintendens Calmariensium. Obiit a.
1660 *) d. 7 Febr. ætatis suæ 53. jústaque ei con-
cione funebri soluta sunt, quam in templo Cathe-
drali

DEBUSCH I. c. addit^o Neutrum vero recte dici,
istosque honores anno demum 1648, & Upsaliæ qui-
dem, eum adeptum esse, pro explorato haberi jubet
non solum dictum vitæ curriculum, verum etiam Emi-
nentiss. Archiepiscopus Upsal. &c. Reverendiss. & No-
biliss. D.n Doct. UNO von TROIL, in Progr. Doct.
Upsaliæ a. 1793 d. 5 Junii dato, promotos in Sve-
cia Theologiæ Doctores ex Actis fide dignis enume-
rans.

*) Deest in hac serie LAURENTIUS STIGZELIUS, tunc
Archipræpositus, postea Archiepiscopus Upsaliensis.
In isto vitæ curriculo hi Doctores nominatim non ap-
pellantur; ibi enim solummodo dicitur, sex alios,
præter Schomerum, in ista promotione renunciatos
esse, sed fallit hic numerus, demtoque Schomero qui-
narius tantum erit, vide nuper allegatum Eminent. von
TROIL programma.

**) Festinanti calamo tribuendum censeo, quod a. 1659
eum occubuisse STRICKER I. c. dicit.

drali Calmariensi sequ. d. 28 Febr. habuit Torfs-
ånsium Pastor OL. N. BOHLIUS. *)

Scripta. **)

- 1) Disputationum Geometricarum prima de Primo
ac Simplici Geometriæ Principio Puncto, Præf.
Mart. Er. Gestrinio Upsal. 1627. 8:o. ***)
- 2) Disp. Astralis de Novis Cæli Phænomenis in
genere; item Novis Stellis & Cometis in spe-
cie, ex observationibus Nobilissimi D. Tycho-
nis Brahe certissimis adornata Præf. Mart. Ol.
Nycopensi ibid. 1631. 4:o ****).
- 3) Exercitationum Uranologicarum Prima de Defi-
nitione Cæli Resp. Bothvido Claudii Norcop.
Dorpati 1634. 4:o.

4) Exer-

*) Concio hæc edita est Holmiæ 4:o l. a. m.

**) Ex scriptis ejus sola disputatio in hac serie N. 2 al-
lata SCHEFFERO *Svec. Lit. p. m. 154* innotuit,
nec ullum scriptum, quod in *Hypomn. ad b. l.* adde-
ret, MOLLERO notum fuit. Quæ N. 4. 20 & 22
occurrunt, STJERNMANNUS addit, commemoratis-
que reliquis Exercitationum Uranologicarum partibus,
ultra non progreditur GADEBUSCHIUS.

***) Hæc LIDENIO ignota, vid. ejus Catal. Disp. Upsal.
p. 207. Iq meæ interest collectioni.

****) Astrologiæ vanæ, impiæ & gentilis, cui addictus
Schomerus fuerit, vestigia partim in hac disputatione,
partim in ejus Prognosticis atque valedictoria oratione
deprehendisse sibi visus est Theologiæ Professor Upsalien-
sis, postea Episcopus Strengnæensis, LAUR. O. WAL-
LIUS, tantumque Schomerum offendisse judicavit, ut

- 4) Exercitt. Uranoll. II:da de Materia Cœli. Resp. Nicolao N. Prytz Sudermanno ibid. 1634. 4:0.
- 5) Exerc. Uran. III:ta de Forma Cœli Resp. Petro Svenonis Luuth Gotho ibid. 1635. 4:0.
- 6) Exerc. Uran. IV:ta de Affectionibus Cœli. Resp. Erico Matthiæ Roslagia Uplando ibid. 1637. 4:0.
- 7) Disp. Philos. grad. Theorematis Selectis confata Resp. Isaac S. Mariæstadio ibid. 1634. 4:0.
- 8) Vita & Morte Resp. Bothvido Claudii Norcop. ibid. 1634. 4:0.
- 9) Anima in genere Resp. Nicol. Prytz, Sveco ibid. 1634. 4:0.

10) Ani-
hujus offensionis querelam ad Illustr. Academiæ Cancellarium, & ad Archiepiscopum Uplal. deferre necesse habuerit. Cujusmodi hæc querela fuerit, ipsæ Wallii in hoc negotio literæ docebunt; ante vero, quam ad eas legendas lecturos admittam, sciri volo, eos, quod publice legi possunt, Fac. Philos. Uplal. Adjuncto meritiss. D:no M. OL. ANDR. KNÖS, qui illas in *Anal. Epistolar. in primis Hist & Rem. Liter. in Svec. illustr.* in publicam lucem protulit, una mecum debere. Ex istis igitur Analectis, ubi p. 79 sq. occurrunt, petitas Wallius sic exaravit:

LAURENTIUS OLAVI WALLIUS

Prim. Theol. Profess. & Archipræpositus Uplal.

JOHANNI SKYTTE

Lih. Bor. Regni Sveciæ Senatori & Acad. U. sal. Cancellario. Illustri & Magnificentissimo Academiæ Cancellario salutem & humillima servitia.

- 10) Anima Rationali in genere Resp. Svenone Bernhardi Junepolino Sveco ibid. 1634. 4:0.
- 11) Anima Vegetativa. Resp. Christierno Andreæ Osangio Annerstad. Sveco. ibid. 1634. 4:0.
- 12) Anima Sensitiva in genere, & in specie de Sensibus Exterioribus Resp. Magno Paulino Ulsbeckia Sveco ibid. 1634. 4:0.
- 13) Natura Ethices & Summo Bono Resp. Svenone Magni Hagelstenio Upl. Sveco ibid. 1634. 4:0.
- 14) Affectibus Resp. Erico Matthiæ Roslag. Sveco ibid. 1637. 4:0.

Cc

15) Ani-

Non potest esse Illustri Vestræ Generositati ignotum, Mag. Petrum Schomerum esse deditum Astrologiæ, sed quod sit vanæ, impiæ & gentili Astrologiæ deditus, eandem Vestræ Generositas ignorat. Ejus artis, sive magicæ, sive phantasticæ, documenta non incerta superiori anno dedit. Sententiam vero, quam eo anno protulit & mutaturum se recepit, hoc anno non tam ex silentio, Venerandæ Facultati Theologicæ sancte promisso, quam ex ipso orco, quorsum illam Sacræ Literæ ablegant, imprudenter revocavit. Flosculos ex publice prostante hujus Schomeri prato Astrologico decerpturo, inter alios se illi offerunt: hunc Schomerum ex astris videre felicitatem vel infelicitatem ecclesiæ, ascensus ac descensus Regum ac Principum, Mercurium hoc anno gbra memmiskjorna, ut ejus verbis loquar, stitige och hestige till onda gerningar, särdeles till tjuifverij och röffverij, både till land och vatn: Kommer på banen många förändringar uti Religionen, upreter hoot, illwilliga, vråtor och buller ibland Præsteståndet, uti then Christne, Turkeske och Tartariske Religionen. Saturni item & Jovis oppositionem betygga, ut pbrasi Schomeriana lo-

- 15) Anima in genere Resp. Laurentio Joh. Lindelio Smoland. Sveco ibid. 1637. 4:0.
- 16) Theoremata quadam cum succincta eorundem explicatione, ex variis Philosophiæ disciplinis collecta. Resp. Johanne Erici Strengn. Suderm. ibid. 1637. 4:0.
- 17) Sen-
 quar, store förändringar uti Religionen, huiusket oer
 the andre aspecterna ästadkomma, in Prognostico an.
 1632. Hoc eodem anno, quandam Disputationem ty-
 pis curavit exscribi, publice in nostra Academia defen-
 dendam, atque eandem his perspersit flosculis Astrologi-
 cis. Hoc quod Propbetæ Ecclesiæ Novi Testamenti
 prædixerunt, prædicit Schomerus ex anni 1572 nova
 stella tb. 46. Ex novis Phenomenis Schomerus præ-
 dicit genethliaca Principum Virorum, & natalitia
 Regnorum atque urbium insignium, tb. 51. Schomerus
 ex gentiliū scriptis probat solos numinis, id est dia-
 boli, afflatu futura prædicere, tb. 89. Quidam dies sunt
 fausti, quidam infausi, Parerg. 13. Futuros hominum
 eventus, verbi causa suspendium, obrunctionem &c.
 ex thematibus natalitiis determinat & denuntiat Scho-
 merus, par. 14. Schomero Venus dat felicitatem vitæ
 presentis, Jupiter vero vitæ futuræ, & Saturnus in
 Jove facit longævos, quorum anima post mortem ad
 calos transibit, par. 15. Ex naturalibus principiis
 Schomerus potest tempus mortis alicujus hominis præ-
 videre, & eidem denunciare, par. 16. Schomerus dicit
 Astrologum non posse interdum aliquid absque magna
 & impia superstitione respondere, par. 17. Quid præ-
 stiterit hoc anno in cassâ profanæ hujus Astrologiæ
 monstrat ejusdem partim Prognosticon, in quo inscitie
 macula aspergit omnes, qui non faciunt secum, in as-

- 17) Sensibus in genere, & in specie de Externis.
 Resp. Erico Petri Lerbeckio Nericio ibid. 1638.
 4:0.
- 18) Natura Elementorum in genere Resp. Martino
 Nicolai Faxelio Neric. ibid. 1638. 4:0.
- C c 2
- 19) Ani-
 serenda impia divinatione Astrologica; & in hujus
 anni Prognostico prædicit Regis mortem, quam priori
 anno non prævidit prædixitve, ut eum prædicere oportu-
 fuisset, si modo prævidisset, quo custodiretur Rex no-
 ster desideratissimus a miserabili casu, in quem omnium
 nostrum malo incidit. Partim idem monstrat oratio
 ejus valedictoria, in qua, quem se Astrologum præstite-
 rit, litteræ meæ ad Archiepiscopum, super ea re datæ,
 paucis commonstrant, pluribus vero mea docebit disputatio
 de hac impietate Astrologica scripta, publice propediem
 habenda, pro gloria DEI a Schomero conculcata vin-
 dicanda. Ad examen causæ hujus vocatur Schome-
 rus, non nisi ab Archiepiscopo missus venire voluit ad
 Rectorem. Sicuti a Rectore misso ministro publico, his
 venire jussus in Consistorium, non comparuit, sed pro-
 terve ab arresto fugit, ut acta publica testatum eunt.
 Et quia spreto hoc nostro iudicio ad Illustrem & Magni-
 ficentissimum Academiæ Cancellarium appellavit, ego
 super hac re datis ad Schomerum literis, ad ejusdem
 quoque Generositatem rem devolveo, & ab eadem Illu-
 stri vestra Generositate majorem in modum contendo,
 ut salvet Consistorii nostri auctoritatem, quam Schome-
 rus conculcavit, eumque ad nos venire jubeat, ut tum
 monstret hujus sui delirii Astrologici fundamenta, tum
 audiat sibi contradicentem Scripturam, una cum beatis
 Patribus, & ratione recta. Quod vel ideo humiliter
 contendo, quod in renunciatione mea juravi, me as-
 serturum dignitatem & utilitatem Scripturæ, Ecclesiæ

- 19) Animæ Humanæ Origine Resp. Erico Haquini Bobergio, W. Goth. Sveco, ibid. 1639. 4:0.
 20) Libero Arbitrio tum in genere tum in specie DEI, Angelorum, diabolorum & Hominum, juxta quadruplicem eorundem statum. Præf. Andrea Virginio. ibid. 1639. 4:0, pro licentia summos in Theologia consequendi honores. Prolixior est hæc disputatio, 248 complens paginas.

21) De

& artium hujus ipsius Academiae. Commendo Illustræ Vestram Generositatem Divinæ protectioni, cum tota Illustri sua domo in multos annos feliciter supervivuram. Dabam Uhsulæ 14 Junii anno 1633.

*Illustræ & Magnificentissimæ Vestræ Generositatens
 humiliter colens & observans
 L. WALLIUS M. p.*

Idem ad Archiepiscopum & Procancellarium Upsalensem Doct. PETRUM KENICIUM.

Reverendissime Domine Archiepiscopi, Academia hujus Procancellariæ Magnifice, Domine & in CHRISTO Pater plurimum observande. Præmissa salute & gratiarum pro beneficiis actione, Magnificam & Reverendam vestram Dignitatem humiliter certiores facio, Magistrum Petrum Schomerum ea Oratione hujus currentis mensis d. 13 valedixisse Academiae, quæ in magno cætu nostri Academici concursu, non tantum gentilem & a Christiana tum Ecclesia tum Academia expellendam Astrologiam asseruit; sed & sine fronte cum refutavit ea, quæ Reverendissimus Dominus Doctor Paulinus, Stregnenkum Episcopus dignissimus, pro

- 21) De Qualitatibus Afficientibus Resp. Erico Haquini Bobergio ibid. 1641. 4:0.

C c 3

22) Pec-

tollendo Astrologiae abusu, in Ethicæ Christianæ parte prima, graviter posuit; tum virum integerrimum famæ & doctissimum Mathematicum, Magistrum Simonem Kexlerum præsentis anni fastorum publicatorem, in Belgio cum primis studiorum Mathematicorum gratia nunc absentem, inter cetera iis vitiis moralibus incessit, quæ non tantum in viro honore non sunt ferenda, sed nec de absentibus privatim, ne dum publice & pro Cathedra sive dicenda, sive audienda. Ne dicam, hunc M. Schomerum ea omnia hac sua Oratione publice proclamasse tanquam vera & pia, quæ veneranda nostra Facultas Theologica, me Decano, falsa & impia, nec digna, ut defendantur, graviter & pie censuit. Hujus rei gratia, quamvis ex officio, data ad eum scheda, jusserim ipsum hanc suam Orationem ad me mittere, & misso ministro publico injunxerim ipsi, ut eam ad me amandaret, iis per omnia literis, syllabis & verbis sancte exscriptam, quibus eum publica & stentorea voce proclamasset: non tamen ad me misit. In urbem rure redeuntem, ablegato ad eum eodem ministro publico, ad me venire mando, & quia video ipsum primum meum mandatum aspernavi, eodem adhuc Academiae ministro misso, illius missionis perendie, secundo eum ad me cito. Quam utramque citationem quia intelligo eum superciliose contemnere, & minorem esse hujus Academici Rectoris auctoritatem, quam ut Schomerus eidem se submittere possit, Magnificæ Vestræ Dignitatis auxilium imploro & humiliter rogo, ut, ex auctoritate sibi concessa, jubeat hunc M. Schomerum ad me venire, & rationem reddere: quare, reliquis omnibus Professoribus ad auscultandum invitatis, me non

22) Peccato in Spiritum Sanctum Resp. Johanne Haquini Florandro Upl. 4:o l. a. m.

23) Pro.

invitarit? Horam, quam publico meo examini dixi, usurparit? Sententiam impiam de Astrologia, superiori anno, judicio Facultatis Theologicae, sepultam, ut cramben recoctam, denuo in Cathedram produxerit & stentorea voce defensorit? Cur ausus sit gentilem, & a scriptura atque sacris Conciliis damnatam Astrologiam propugnare? Viri de Ecclesia & veris Astrologiae studiis bene meriti dissertationem, Sacra Scriptura munitam, refutare? Hominem immerentem tanquam nebulonem proclamare? Orationem suam ad me non mittere? Bis ad me auctoritate publica citatus non comparere? Orationem suam, me praetermisso, ad Reverendum Magistrum Jonam (Jonam Magni Wexionensem tunc Theol. Professore, postea Episcopum Scarensem) Collegam meum incredibilibus lituris commaculatam mittere? Quae omnia adversantur illi obedientia, quam hujus Academiae Praesidibus hodieque debet. Magnificam & Reverendissimam Vestram Dignitatem Divinae providentiae in plurimos senii annos ex voto & feliciter currentes etiam atque etiam commendo. Upsalæ 27 Maji anno 1633.

Magnificam & Reverendissimam Vestram Dignitatem reverenter colens & observans

L. WALLIUS Nericiensis

Prof. & p. t. Rector Academiae Upsaliensis.


An mentem Schomeri in omnibus istis thesibus & subjunctis huic disputationi parergis recte affecutus sit Wallius, ansemque ad dubitandum Schomeri dent verba, a Wallio nonnunquam, ut video, aliter, ac apud ipsum Schomerum Ionant, allegata disquirere

23) Programma Academicum Upsalæ d. 5 Martii 1654 datum, quo istius semestris Rector relictum pie defunctæ Matronæ Elizabethæ Olai filia: (patre Olao Martini Archiepiscopo Upsaliensi natæ) Professoris Martini Erici Gestrii Conjugis corpus hoc ipso die humo mandandum esse indicat, & ad exequias comitatu adjuvandas & exornandas invitat. forma pat.

24) Calen-

nec vacat, nec opus erit. Schomerum enim istas sententias se mutaturum recepisse, Academiae Cancellario, in allatis ad eum literis ipse Wallius affirmat. Quando autem Schomerum promisso non stetisse, ex Oratione ejus valedictoria, quam ipse tamen non audiverit, ad audiendum, ut queritur, non invitatus, satis demonstratum putavit; parum illum profecisse, venia Dorpatum, ubi anno praeterito jam constitutus erat Professor, abeundi Schomero ab Archiepiscopo biduo post concessa, quamque, ut duas priores, ex Archivo Skyttio-Gyllenstjerniano descriptam, idem laudatus D. Knös analectis suis p. 84. inseruit, ostendet. His vero literis ista consignata est venia:

Skal witterligt wara, at bresswärsare M. Petrus Schomerus är aff Rector Academiæ D. Lars Wallio citerad och anhållen för en Oration, theruti han skulle hafva för nyckit commenderat certitudinem predictionum Astrologicarum; och hafver nu här föröfwat två weckor, och är icke ännu kommen till något affskedd. Swarsföre medhan han sin reesa icke längre kan upfättja, hafver jagh sårit Professore Theologiæ hans Oration öffuersee, huiltke seija sig icke kunna något finna uti samma Oration, så nyckit wårdt, at han therföre skulle bliffua uppehållin. Hafver jagh förthenfull giffit ho



24) *Calendaria pro annis 1633. 1634 & 1636 Holmiæ impr. *)*.

Accedunt

Tria ejus carmina Græca: 1) Epigramma ad *Christianum Henr. Alsinium* de DEO disputantem Ups. 1627, cujus notitiam Cel. D: no FANT l. c. Sect. II. p. 108 debeo; addo nunc. 2) Elegiacum, quo *Andree E. Swarth*, de Majestate, Præf. Israël Bringio Upsaliæ a. 1631 disputanti, gratulatus est, & 3) carmen, etiam elegiacum, quo disputationem suam, N. 1 in hac serie allatam, R. Senatori & c. L. B. JOHANNI SKYTTE dedicavit. Rhythmo quoque Syriaco *Nicolao N. Rubenio* de Mundo, Præf. Martino E. Gestrinio, Upsaliæ a. 1631 disputanti, præsto eum fuisse video.

JOACHI.

nom förloff, till at fullfölja sin reesa, på thet han må i rättan tid framkomma, effter Cancellarii Academix befallningh, och sitt emberhe antaga. Själsligen begärandes at ingen wille honom för then saak skull något hinder göras, eller göra såtha. Gudh befallandes. Upsala then 29 Maji anno 1633.

PETRUS KENICIUS

(A. S.)

Upsaliensis Academix Procancellarius.

Nec de cætero ullum famæ salutique Schomeri detrimentum attulisse istam, qua tantopere a Wallio urgebatur, vanæ impiæque Astrologiæ suspicionem, plura, quæ illi postea demandata sunt honorifica munera, in vita ejus commemorata, satis superque testantur.

*) Tria tantum hæcce *Calendaria Nobil. D: num BJÖRN-STJERNA* in *Förtrefning på Swenska Calendarier*